

ANTARIUS SICAMBRORVM REX.



Antharius ob plurimas corporis & animi uirtutes, Anno mundi termillesimo octingentesimo nonagesimo rex Sicambrorum constitutus est. Eam administrationem per triginta quinq^u annos magna gloria obtinuit, & Sycambrorum nomen plurimum extulit. Cum enim eius tempore Romani Moguntiam colonias duxissent, atque inde Germanorum terras inuaderent, Antharius contra eos profectus, uictoriam impetrauit, & Moguntiam Romanorum coloniam euertit. Tandem uero cum Galli & Romani huius uiri fortitudine territi, suos exercitus coniunxissent, Antharius fortiter pugnans, uincitur, & occiditur.

Tritt, Funcius.